Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35408
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Duodecim tribus designat omnes
angelos et homines. Nam angeli
celestes distinguntur in IX ordi-
nes. et homines terrestres in tres
status scilicet presidentium continen-
tium. et coniugatorum. Quelibet autem
virga designat dignitatem cuiu-
libet ordinis siue status. Et ra-
tionem qui intendit mons designat
mariam super omnem creaturam ele-
uatam. hunc solius virga ger-
minauit. Semen torrentes sunt
gradus caritatis in maria ultra
omnem creaturam excrescentes.
De qua dicit hugo de Prugio
beate marie. Quia in corde eius a-
mor spiritus sancti singulariter ardebat
non in carne uirtus spiritus sancti mira-
cula faciebat. cum dilectio in cor-
de non susceperit socium. et operacio
in carne non habuerit exemplum.
Et non solum fuit ornata carita-
te in mente. sed etiam fuit ornata
virginitatis castitate in corde.
Vnde flos et rupes exgemmis et de
cor virgineus mariam exor-
nas. ysydo. XVII li. Ethi. dicit
Que amigdala cunctis arboribus
prior floret. Sic maria primam
uotum virginal castitatis emi-
sit. Quida etiam flores ad sol
ortum se aperuit et ad eius occasum
se claudit. sic in capite die sa-
lutis et sole diuino mundo ori-
ente solus iste flos uirgineus
se ei aperuit per mentis consensum
Flores etiam de puro et uirtuo-
so medullare humore in arbore
germinant. sic marie uirginitas ex
gratia dei medullis cordis infusa
traxit originem. De isto orto
florigero dicit sancti super Cant. ser-
mone XLV. Tu sororum aureola a-
romatum acelesti consita pigmen-
tario uirtutum omnium speciosis flo-
ribus delectabiliter uernas. Isti
flores deformati sicut in amigdala.
Vista amigdala designat
spiritualem suauitatem. quantus
amor dei et tam pulchri uirgi-
nis decor non poterat esse sine mi-
randa suauitate mentali. qua
uirgo delectabiliter pascebatur
secundum quod loquitur eius sponsus. Cant. VII.
Quam pulchra es et quam decora ka-
rissima in deliciis. Et non solum fu-
it ornata uirginali castitate
sed est omnium morum honestate. Vnde
flores fuerunt foliis dilatati. Is-
ta folia signant honestos mo-
res. quibus beata uirgo plena
uiuebat. huic uirgine uirginee
spiritum est nomen suum. quia tali di-
gnitati congruit tale nomen.

sicut dicit ysi

XII. capitulum